



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

PETRUS CANISIUS SANTO, *Catechismus catholicus iuventuti formandae quam maxime necessarius*, Trento, Carlo Zanetti, 1664.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TT i k 27

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/210>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.


STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



T. T. 1. 2. 5

The image shows the front cover of an antique book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern, featuring swirling, organic shapes in shades of olive green, brown, and black. A dark, possibly leather or cloth, spine is visible on the left side. At the top of the cover, there is a rectangular, cream-colored paper label with a thin black border. The label contains the handwritten text 'T. T. 1. 2. 5' in a dark ink, with the numbers '1', '2', and '5' written in a cursive style.

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT



K 242164

D 242149

k

5tcg

TT | k 27

TRENTO



BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

TT

k

31



5
T

D
I
D
D

...
C
I
P
s
...
TYP

CATECHISMVS
CATHOLICVS

IVVENTVTI FORMANDÆ
quàm maximè necessarius.

AUCTORE R. P.

PETRO CANISIO

Doctore Theologo
Societatis IESU.

SVPERIORVM PERMISSV.



TRIDENTI,

Typis Caroli Zanetti Impr. Episc.

Cum Privilegio. 1664.



CATECHISMVS³
CATHOLICVS

F V V E N T U T I
Formanda hoc saeculo,
quàm maximè
necessariùs.

C A P V T P R I M V M
De Fide, & Symbolo fidei.

Qui dicendus est Christianus atque
Catholicus.

QVI Baptismatis Sacramento ini-
tatus, Iesu Christi veri Dei
atque hominis salutarem do-
ctrinam in eius Ecclesia profitetur. ne-
que sectis vel opinionibus ullis ab Ec-
clesia Catholica alienis adhaeret.

Quibus de rebus primum docendi
sunt Christiani?

De fide, spe, charitate, Sacramentis,
& officijs instituta Christiana.

Quid est fides ?

Donum Dei ac lumen quo illustratus homo firmiter assentitur omnibus qua Deus reuelauit, & uobis per Ecclesiam credenda proposuit, siue scripta illa sint, siue non sint.

Quæ summa est Fidei seu omnium credendorum ?

Symbolum Apostolorum in duodecim distinctum articulos.

Qui sunt isti duodecim articuli ?

Hi uidelicet :

- 1 Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem Cæli, & Terræ.
- 2 Et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum.
- 3 Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine.
- 4 Passus sub Pontio Pilato crucifixus, mortuus, & sepultus.
- 5 Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.
- 6 Ascendit ad Cælos sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
- 7 Inde venturus est iudicare uiuos & mortuos.

Credo

8 Credo in Spiritum Sanctum .

9 Sanctam Ecclesiam Catholicam ,
Sanctorum communionem .

10 Remissionem peccatorum .

11 Carnis resurrectionem .

12 Vitam aeternam , Amen .

Quid sibi vult primus Symboli arti-
culus: Credo in Deum Patrem ?

Ostendit primam in Deitate personam
patrem scilicet caelestem , & aeternum ,
cui nihil factu impossibile sit , vel diffici-
le , qui caelum , & terram , visibilia simul , &
inuisibilia cuncta ex nihilo produxerit ;
& producta vsque conseruat , & guber-
nat summa bonitate , & sapientia .

Quid verò secundus articulus:

Et in Iesum Christum filium eius ?

Commonstrat secundam in Deitate
personam , Iesum Christum scilicet , filiū
Dei naturalem vnicum illum , ab aeterno
genitum , & patri consubstantialem , Do-
minum , ac Redemptorem nostrum : vt qui
nos perditos liberauit .

Quid porrò tertius :

Qui conceptus est de Spiritu Sancto ?

CATECHISMVS

Mysterium proponit Dominica incarnationis. Quia idem Dei filius, de Cælo descendens, humanam naturam assumpsit: sed modo singulari prorsus, ut qui conceptus fuit sine patre, ex virtute Spiritus Sancti, & natus ex Maria Virgine illibata.

Quid verò quartus:

Passus sub Pontio Pilato?

Mysterium tractat redemptionis humane. Nam idem verus Dei filius secundum humanam illam naturam assumptam extrema verè passus est pro nobis, & peccatoribus omnibus redimendis: Vnde licet agnus esset sine macula, tamen sub Pontio Præsidi in Crucem suffixus in Cruce mortuus, & deinde sepultus fuit.

Quid autem quintus:

Descendit ad inferos?

Mysterium resurrectionis Christi complectitur qui secundum animam quidem Patres è limbo liberaturus descendit, tertio verò post mortē die resumpto corpore, ut propria factus est rediuuius.

Quid

CATHOLICVS .

Quid sextus articulus :

Ascendit ad Cœlos ?

*Mysterium offert glorioſe Aſcenſio-
nis Chriſti , vt qui poſt expletum redem-
ptionis noſtræ opus . ad patrem tranſiuit
ex hoc mundo, & cœlos ſua virtute triū-
phator aſcendit, atque in ipſa æterna pa-
tris gloria ſuper omnia eſt collocatus .*

Quid ſeptimus :

Inde venturus eſt iudicare viuos, &
mortuos ?

*Demonſtrat extremum Iudicij diem,
quando Chriſtus humana in carne viſibi-
lis ruruſus de Cœlo deſcendet , ac tremen-
dum aget Iudicem omnium proborum,
ac improborum, & reddet vnicuique ſe-
cundum opera eius .*

Quid verò octauus .

Credo in Spiritum Sanctum ?

*Exhibet tertiam in Trinitate perſo-
nam , Spiritum Sanctum, qui ex parte,
Filioque procedens, vnus, verus, æternuſ-
que Deus eſt, & regnat cum Patre, &
Filio, & proinde cum vtrouque ſimul a-
doratur, & glorificatur .*

Quid nonus articulus:

Sanctam Ecclesiam Catholicam ?

De Ecclesia docet quatuor nobis esse credenda. Primum Ecclesiam esse vnā, nimirum in vno spiritu Christi Iesu, in vna fide, fideique, & Sacramentorū doctrina, in vno capite, ac rectori vniuersalis Ecclesie, Vicario Christi scilicet, ac diui Petri successore. Secundò hanc ipsā sanctā esse, quia tum à Christo capite, & sponso suo, cui per fidem, & sacramenta coniūgitur, sanctificatur, tum à Spiritu sancto perpetuò gubernatur. Tertiò, eādem esse Catholicam, seu vniuersalem, quia toto orbe diffusa Christi fideles omnes omnium temporum comprehendit. Quartò, & postremò in hac ipsa Ecclesia cōmunionem esse Sanctorum, puta non eorū solū, qui in terris credentes peregrinātur, verū etiā qui carnis mortalitate exuti, vel regnāt in Cælo, vel illic regnaturi in igne purgatorio suorū peccatorū sordibus expiantur. Qui quidē veluti vnus corporis membrasse inuicem iuuāt mutuis officijs meritis orationibus, & sa-

croe

CATHOLICVS .

rosancti Missæ sacrificij, Sacramento-
rumque Ecclesiæ virtute participat .

Quid porro decimus:

Remissionem peccatorum?

Offert presentem Dei gratiam pecca-
toribus omnibus, ne quis de venia pecca-
torum suorū consequenda vnquā despe-
ret, modò in Ecclesia perseueret Catholi-
ca, & ritè eiusdem Sacramentis vtatur.

Quid autem vndecimus:

Carnis Resurrectionem?

Mortuos omnes ad vitam excitandos
asserit, & nouissimum Iudicij diè confir-
mat. Nam ante Christi tribunal in carne
rediuui omnes apparebimus, vt recipiat
vnusquisque prout gessit in suo corpore,
sive bonum, sive malum .

Quid demum postremus:

Et vitam æternam?

Fidei, & virtutis Christianæ premiū,
beatam immortalitatem ostendit, vt cer-
tò sciamus, post hanc vitam, superesse
aliam longe diuersam, verequè securam,
beatam, ac sempiternā quæ credentibus,
& obtemperantibus Christo destinata sit.

Quæ est summa omnium Symboli
Articulorum?

Corde, & ore confiteor Dominum Deum,
quo nihil aut maius, aut sapientius, aut
melius potest excogitari eum, & unum
in essentia, seu natura diuina, & trinum
in personis esse, ut pote Patrem, & Fi-
lium, & Spiritum Sanctum, ita ut hi
tres unum sint, vnus, verus, æternus, im-
mensus, & incomprehensibilis Deus. Ex
quo, per quem, & in quo sunt omnia. Pa-
ter est conditor vniuersorum, Filius re-
demptor hominum, Spiritus sanctus Ec-
clesiæ, seu Christi fidelium sanctificator,
& rector. Igitur huic Sanctissime, & in-
diuidue Trinitati, respondet symboli tres
partes præcipue; prima quæ de creatio-
ne est Patri, secunda quæ de redemptione
Filio: tertia quæ de sanctificatione,
Spiritu sancto accomodatur.

Quid est Ecclesiâ?

Est omnium Christi fidem, atque do-
ctrinam profitentium congregatio, quæ
sub vno, & summo post Christum capite,
& pastore in terris gubernatur.

Qui

Qui ab Ecclesia prorsus alieni
sunt?

Primum Iudæi, & infideles omnes,
atque à fide apostatæ, deinde hæretici, ij
scilicet qui cum baptizati sunt contra
Catholicam fidem cum pertinacia tuen-
tur errorem; præterea Scismatici qui à
pace, & vnitæ Catholica ipsi se segre-
gant. Postremò qui à communione San-
ctorum, à Participatione Sacramento-
rum, & ab Ecclesiæ suffragijs. Diuinisq;
officijs per Ecclesiasticam potestatem le-
gitimè excluduntur: vnde & excommu-
nicati dicuntur: Qui omnes à Christi cor-
pore quòd est Ecclesia, seiuncti, & alieni
sunt, proindequè spiritualis vitæ, ac salu-
tis experte, manent Sathane mortique
perpetuæ, (nisi resipiscant), obnoxij. Ac
vitæ quidem illi omnes Catholicis, sed
in primis hæretici, & Scismatici non mi-
nus, quàm pestes quedam exitiales fugien-
di, ac execrandi sunt.

Quæ demum est simplex, breuis, & re-
cta fidei regula, qua Catholici
ab hæreticis discernuntur?

*Ea est Christi fidem, atque Ecclesie
 auctoritatem integram profiteri, illud
 queratum, ac fixum tenere, quod Eccle-
 siæ Catholicæ Pastores, atque Doctores
 credendum definierint. Cæterum si quis
 Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit
 Christus ipse, sicut Ethnicus, & publi-
 canus, Non enim habebit Deum patrem
 qui Ecclesiam noluerit habere matrem.*

CAPVT SECVNDVM.

De Spe, & Oratione Dominica.
 Quid est Spes?

*✱ Virtus est Diuinitus infusa, per quam
 certa cum fiducia nostræ salutis, & eter-
 næ vitæ bonæ expectantur.*

Vnde modum rectè sperandi, &
 petendi discimus?

*✱ Ex oratione Dominica, quam Christus
 ipse Dominus, & Magister noster ore suo
 sacrosancto tradidit & præscripsit.*

Recita per Partes Orationem
 Dominicam?

Pri-

Prima Petitio .

*Pater noster, qui es in Cælis, sanctifi-
cetur nomen tuum .*

Secunda .

Adueniat regnum tuum .

Tertia .

*Fiat voluntas tua, sicut in Cælo, & in
Terra .*

Quarta .

*Panem nostrum quotidianum da no-
bis hodie .*

Quinta .

*Et dimitte nobis debita nostra, sicut,
& nos dimittimus debitoribus nostris .*

Sexta .

Et ne nos inducas in tentationem .

Septima .

Sed libera nos à malo . Amen .

Quid sibi vult initium huius orationis .

Pater noster qui es in Cælis ?

*Præfatiōcula est, quæ nos memores
reddit summi beneficij, in quo Deus Pa-
ter, per Christū, nos sibi in filios ado-
ptiuos, & hæredes cooptauit . Atque
hoc dulcis patris nomine prouoca-*

nur

mur tūm ad eū redamandum, tūm ad precandum magna cum fiducia.

Quid explicat prima petitio: Sanctificetur nomen tuum?

Proborum filiorum iustum, & liberale desiderium. Hi petunt semper, & vbiq; in se, alijsque promoueri cognitionem, timorē, honorem, amorem, & cultū æternæ Maiestatis, & quidquid demum ad summi, optimique Patris gloriam spectat.

Quid secunda petitione agimus, Adueniat regnum tuum?

Petimus gloriā regni cælestis, æternæq; felicitatis nobis donari, vt citò cū Christo in sempiternū regnemus.

Quid tertia: Fiat voluntas tua?

Petimus Diuinæ gratiæ nobis opē adesse, vt patris voluntatē in terra, sicut beati omnes in cælo faciūt, sincerè alacriter, & cōstanter adimpleamus.

Quid quarta: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?

Petimus suppeditari nobis quæ ad vitam siue corporis, siue animi fouendam,

dam, & sustentandam spectant, vt vi-
ctum, & vestitum, verbum Dei, & Ec-
clesiæ Sacramenta.

Quid quinta:

Et dimitte nobis debita nostra?

Petimus veniam, ac remissionem
peccatorum, parati vicissim remitte-
re quod in nos alij peccauerint.

Quid penultima:

Et ne nos inducas in tentationem?

Petimus in hac tâta vitæ imbecilli-
tate diuina virtute fulciri, atq; aduer-
sus mûdum, carnẽ, demonemque de-
fendi, ne quocumq; modo tentationi
suscumbentes, peccato consentiamus.

Quid septima petitione:

Sed libera nos à malo Amen?

Petimus Dei benignitatẽ, qua ipse
nos liberet, & vindicet à miseria tum
corporis, tum animi, siue in hac vita
quoad salutem nostræ cõgruit, siue in fu-
tura. Et additur Amen, hoc est fiat,
siue fiet, vt spem; desideriumque mō-
stremus accipiendi ea, quæ septem
his petitionibus continentur.

Quæ

*Quæ summa est priorum orationum
huius petitionum?*

2. Priores quatuor ostendunt, quæ, hic bona sperare, ac petere debeamus. Inter quæ primū, ac sūmum est diuinæ Maiestatis honor, & gloria: Proxima nostra felicitas: Huic accedit Deo debita obediētia: Postremū est, corporis, animæq; sustētatio necessaria: Hæc sūmatim cōtinentur prioribus quatuor.

*Quæ summa est reliquarum
petitionum?*

2. Tres posteriores continēt mala, quæ deprecari debeamus, vt sunt peccata, quæ nobis regnū Dei præcludunt, tū tentationes, quæ nisi ope diuina protegamur, sua vi ad peccandū nos pertrahunt: ac postremò huius, ac futuræ vitæ calamitates. Docet igitur Dominica precatio simul, & bona petere, & mala deprecari.

Quomodo recitas salutationem

Angelicam Vnigini Matri?

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & bene-

Sanctus fructus ventris tui Iesus,
sancta Maria, Mater Dei, ora pro no-
bis peccatoribus, nunc, & in hora
mortis nostræ. Amen.

*Vnde modus Deiparam Virginem
salutandi profluxit?*

Primum ab exēplo Angeli Gabrie-
lis, & Sāctæ Elisabethę: deinde ex vsu
iplo, & consensu Ecclesiæ Catholicæ.

*Quem verò fructum affert hæc
salutatio?*

Sacrosāctæ Virginis, & Dominicæ
incarnationis gratiam, & æque saluta-
rem, nobis reficit memoriā, ac præ-
terea monet, vt gratiosæ Virginis fa-
uorem, atque apud Deum intercessio-
nem nobis conciliemus.

*Quid discimus ex hac
salutatione?*

Eximias dotes, ac laudes incompa-
rabilis Virginis, vt quod Dei donis,
ac virtutib⁹ amplissimis referta, quod
eadē Virgo, & mater, quod inter om-
nes omnium temporū mulieres bene-
dicta, quod Regis Regū, Christi Dei,
Domi-

& Domini nostri parens, ac proinde
inuentrix gratiæ, ac Genitrix vitæ
nobis exitit.

CAPVT TERTIVM.

De Charitate, & Decalogo.

Quid est Charitas?

Infusa à Deo virtus, qua Deus pro-
pter se diligitur, proximus autem
propter Deum.

Quot sunt Charitatis præcepta?

Duo principalia; Diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex to-
ta mente tua, & ex totis viribus tuis.
Hoc est primum, & maximum manda-
tum. Secundum verò simile huic; Di-
liges proximum tuum, sicut te ipsum,
in his duobus præceptis vniuersa lex
pendet, & Prophetæ.

*Quo indicio se prodit Charitas
erga Deum?*

Si eius obserues mandata. Hæc est
enim Charitas Dei, vt mandata eius
custodiamus, & mandata eius graua
non sunt. Et ipse Christus docet: Qui
habet

habe
est,

char
pera
cogi
quit
omn
spera

Et
in qu
nié p
ciunt
intell
Deo

1 Eg
habel
facies
2 N
tui in

habet mandata meâ, & seruat ea; ille est, qui diligit me.

*Quomodo se prodit, & agnoscitur
charitas erga proximum?*

Charitas patiens est, benigna est, charitas, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non irritatur, nō cogitat malum, nō gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

*Cur præcepta Decalogi decem
proponuntur?*

Etsi duo sunt charitatis præcepta, in quibus plenitudo legis versatur, tamen præcepta Decalogi idcirco adiunguntur, vt perspicuè magis omnes intelligant, quæ ad charitatem, tum Deo, tum proximo exhibenda pertinet.

Quæ sunt præcepta Decalogi?

1 Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me: non facies tibi sculprile, vt adores illud.

2 Nō assumes nomen Domini Dei tui in vanū: nec enim infontē habebit

Do-

20. CATECHISMVS .

Dominus eum , qui assumpserit
nomen Domini Dei frustra .

3 Memēto vt diē Sabbati sãctifices.

4 Honora Patrem tuum, & Matrem
tuam, vt sis lōgæuus super Terram,
quã Dominus Deus tuus dabit tibi

5 Non occides .

6 Non mœchaberis .

7 Non furtum facies .

8 Non loqueris contra proximum
tuum falsum testimonium.

9 Non cōcupisces vxorem proximi
tui.

10 Non domũ, non agrũ, non seruum
non ancillam, non bouem, non as-
inum, & vniuersa, quæ illius sunt.

*Quid sibi vult primum præceptum
Non habebis Deos alienos ?*

✕ Prohibet, ac damnat cultum falso-
rum Deorum, artem magicam, vel
diuinatoriam, obseruationes super-
stitiosas, omnem denique cultum im-
pium. E diuerso autem requirit, vt
vnum Deum Opt. Max. credamus,
colamus, & innocemus.

Licet ne Sanctos colere, &
inuocare?

*Licet non ad eum quidem modum quod
inbentur Deum colere & inuocare, tam-
quam Creatorem, & Redemptorem, &
largitorem bonorum omnium: at longe
inferiori gradu, nimirum veluti dilectis-
simos Dei amicos, nostrosque apud ip-
sum intercessores, & patronos.*

Huic ne præcepto aduersatur vsus
imaginum Christi, ac
Sanctorum?

*Nequaquam quia præcepto huic: Non
facies tibi sculptile, causa mox additur
vt adores illud videlicet Ethnicorum
more qui falsorum Deorum statuunt si-
mulacra, & idola sua impiè colunt Nos
autem in imaginibus Christum & San-
ctos quos representant pio à maioribus
tradito more veneramus.*

Quid secundum prohibet,

Non assumes nomen Domini Dei
tui in vanum?

*Vetat abusum diuini nominis, & irre-
uerentiam, qua committitur à periu-
ris.*

ris, & blasphemis, Deum Sanctos, vel creaturam aliquam, absque gravi causa, & veritate ac reuerentia iurantibus.

Quid imperat tertium præceptum,

Memento vt diem Sabbati

sanctifices?

Vult Sabbatum, seu diem festum in Ecclesia pijs operibus celebrari: quod fit adeundo templum, & audiendo Missam. Laborare verò hoc tempore, & occupationibus peditum esse seruilibus, planè interdicat.

Quid iniungit quartum,

Honora Patrem & Matrem.

Vt his qui secundum Deum vitæ nostræ sunt auctores, reuerentiam, obediētiam, opemque præstamus, ac omnium officij græuere illis ipsis satisfaciamus. Deinde iubet vt magistratus + sūm ciuiles, tum Ecclesiasticos parentum & maiorum loco habeamus, illorum dicto lubentes pareamus, ~~et~~ reuerentiam potestatem atq; auctoritatem. Qua ratione potestatem, & auctoritatem Ecclesiasticam reuererimus.

Vide,

Udelicet, si sacris & æcumenicis
 Concilijs, si receptis Apostolorum ac-
 trum institutis ac decretis, si proba-
 tis maiorum consuetudinibus, denique si
 summis Ecclesiæ Pastoribus ac Pontifi-
 cibus tribuerimus, quam singularem it-
 lis debemus observantiam obedientiam-
 que. Vbi vel maxime peccant, qui
 cultum diuinum, & sanctiones, cere-
 moniasque Ecclesiasticas conuellunt at-
 que contemnerant; tum qui Synodis &
 Pontificibus obtreant, ac in Sacerdo-
 tum iura, & templa inuolant, sacra
 profanantes.

Quid tibi vult quintum præceptum,
 Non occides?

Prohibet vim externam, eadem &
 in iniuriam omnem quæ corpori, & vitæ
 proximi afferri possit. Ad hæc iram,
 odium, rancorem, indignationem, &
 quo suis modo spectantes excludit, &
 penitus refecat.

Quid vetat sextum,

Non mœchaberis?

Fornicationem, adulterium & obscæ-

Vide,

nos illegitimosque concubitus, tum quid
quid honestati, verecundiæ & ingenio
pudori aduersatur. Nam & qui vide-
rit mulierum ad concupiscendum eam,
iam machatus est eam, in corde suo.

Quid præcepto septimo cauetur,
Non fartum facies?

Omnis rei alienæ illicita contrectatio
& usurpatio vt sit in furto, rapina, v-
sura, lucris iniustis, dolis malis, & ini-
quis contractibus: demum quibusuis
commutationibus & distributionibus,
quibus Christiana charitas læditur, &
proximus circumuenitur.

Quid in octauo agitur,
Non loqueris contra proximum tu-
um falsum testimonium?

Interdicitur testimonium falsum, men-
dacium, periurium & omnis linguæ con-
tra proximum abusus vt est in susurrioni-
bus detractoribus, maledicijs adulatori-
bus, mendacibus, ac periuris.

Quid postrema duo præcep-
ta
Non concupisces vxorem,
nec rem proximi?

Ut autem concupiscentiam uxoris, ac
rei alienae: quoniam, quod alienum est,
haud solum iniuste & pro libidine nostra
occupare non licet, sed ne voluntate qui-
dem ad illud appetendum ferri debemus:
ita ut nostris rebus contenti absque
omni inuidia, emulatione, & cupiditate
vinamus.

Quæ summa quisque finis præcepto-
rum Decalogi?

Nimirum, ut Deus & proximus syn-
cerè diligantur; cuius rei Symbolum
fuit in duas tabulas Decalogi à Deo facta
distinctio. In priori quidem tabula tria
docentur, quæ ad charitatem Dei; in
secunda verò septem quæ ad dilectionem
proximi spectant, explicantur.

Qua ratione præcepta primæ tabulæ
charitatem Dei edocent?

Quoniam tollunt, & prohibent vitia
cultu honorique Dei maximè contra-
ria, idolatriam, apostasiam, heresim,
periurium superfluitates; admonent au-
tem verum purumque Dei cultum
corde, ore, ac opere fideliter exhiben-

dum esse. Quod ubi fit, utique solius
 verus Deus cultu latriæ colitur & ado-
 ratur.

Quomodo præcepta secundæ tabulæ
 charitatem proximi explicant?

È ipso quod nostrum erga proximum
 officium ordine complectuntur: videli-
 cet, ut non solum maiores honoremus
 sed etiam opere, verbis, ac voluntate
 prodesse omnibus, & nocere nemini stu-
 deamus, siue corpus proximi, siue per-
 sona iuncta coniugio, siue bona fortuna
 considerentur.

Quæ summa est præceptorum de
 proximo diligendo?

Hæc ipsa nimirum, quod tibi non vis
 fieri, alteri ne feceris. Omnia verò que-
 cunque vultis, ut faciant vobis, homi-
 nes, & vos facite illis. Hæc est enim lex
 & Prophete.

Sunt ne præter Decalogum alia
 præcepta?

Sunt utique, non solum utiliter illa
 verum etiam necessario observanda
 præsertim Ecclesiæ præcepta, cui vel
 sanctis-

aliquae foliis
 itur & ad
 nentissima
 res & mentes
 praeberet, Catholici filij om-
 nes debemus.

nde tabul
 plicantes
 Quot sunt praecepta Ecclesiae?

z proximum
 tur: videli
 Præcipua quinque numeratur.

honoremus
 voluntate
 nemini stu-
 u, siue per
 ma fortuna
 1 Statutos Ecclesiae festos dies cele-
 brato.

2 Sacrum Missæ officium diebus festis
 reverenter audito.

3 Indicta certis diebus ieiunia, & à
 quibusdam cibis abstinenciam obser-
 nato.

4 Peccata tua sacerdoti proprio aut
 alteri eum eius facultate, singulis annis
 confitetur.

5 Sacrosanctam Eucharistiam, ut
 minimum semel in anno, idque circa fe-
 stum Paschæ, sumito.

Quem fructum affert horum obser-
 uatio praeceptorum.

Hæc atque id genus alia Ecclesiæ
 eum instituta, tum praecepta; præmittens
 fidem, humilitatem, & Obedientiam
 Christianam exercent: deinde cultum

judicium, honestam disciplinam, &
 B 2 pubis.

sanctis-

publicam tranquillitatem alunt, conser-
uant, & ornant, eoque mirifice con-
ferunt, vt decenter & ordine cuncta
in Ecclesia peragatur, & præterquam
ex charitate obseruemus

CAPVT QVARTVM

De Sacramentis.

Quid est Sacramentum?

Est inuisibilis gratie signum visibile
ad nostram sanctificationem diuinitus
institutum. Aliud est enim quod in Sa-
cramento videmus, aliud quod in eo
accipimus; signum videmus externum,
occultam verò & spiritualem gratiam,
quæ Res dicuntur Sacramenti, accipimus.

Quot sunt Sacramentum?

Septem, quæ à Christo Domino insti-
tuta, ad Apostolis tradita, & Ecclē-
sia Catholica semper conseruata ad no-
vsque

IUS


ant, conser
mirificè cor
line cuncta
præterqua


TVM

is.

ntum?

num visibile
m diuinitu
quod in Sa
quod in co
externum,
em gratiam
, accipimus
ntum?
Domino insti
, & Eccl
ernata ad no
vsque





ne
rea

X

Sa
ma
gra
firm
min
tem

C

2

als
pu
ad
qu
m

X

I
h
e

ne percepta, in filios Dei adoptamur, heredesque vitæ Coelestis adscribimur.

Quid est confirmatio?

Est baptizatis collatum ab Episcopo Sacramentum, in quo per sanctum Chrisma, & verba sacrosancta, confertur gratia, & robur spiritus additur, tum ad firmiter credendum, tum ad Nomen Domini, quando sic est opus, liberè confitendum.

Quot sunt præcipua de Eucharistia doctrina capita scitu necessaria?

Quinque: Primum est eius veritas; alterum est panis, & vini in Christi corpus, & sanguinem conuersio; tertium, adoratio debita; quartum eius oblatio; quintum & postremum, eiusdem Sacramenti sumptio.

Quæ est veritas Sacramenti Eucharistia?

Nimirum hæc, Christum verum, Deum, ac hominem verè, ac integrè in hoc Sacramento contineri, & nobis adesse, vbi Sacerdos ritè ordinatus panem,

Et vinum verbis illis arcanis, & à Christo traditis consecrauit.

Quæ sit conuersio per verba illa, quibus hoc Sacramentum Sacerdos consecrat?

Ea, vt per ipsa verba, operante Christo, panis, & vinum in Corpus, & Sanguinem Dominicum conuertantur, ac transubstantientur, atque ita panis, & vinum esse desinant in Eucharistia.

Quæ Sacramento huic debetur adoratio?

Eadem sanè, quæ Christo Domino, ac aeterno Deo debetur, quippè quem illic presentem agnoscimus: Ideoque religioso tum corporis, tum animi cultu, vt par est, hoc Sacramentum supplices veneramur.

Quare censetur hoc Sacramentum oblatio?

Quia est legis nouæ sacrificium, & oblatio munda, cruentis legis Iudaicæ sacrificio inuenta succedens, quæ pro viuis, ac Christi defunctis fidelibus in Missa offertur, ac celebratur. Vnde fit,

*vt Euc
sumati
dotib
tis con
tidie in
rit in
Quid*

*Quo
tris Ec
laicof
Christu
conseq
ingente
que vit
ger Sa
còque f
salutar*

*X Est
& nece
in quo
petitur
Que*

vt Eucharistia non solum à fidei populo sumatur, sed etiam pro peccatis à Sacerdotibus, ad Dominicæ passionis, & mortis continuam commemorationem quotidie immoletur, semperquè oblata fuerit in Ecclesia Dei.

Quid in sacramenti huius sumptione seruandum?

Quod fides, & auctoritas sanctæ matris Ecclesiæ docet, videlicet Christiano laico, sat esse, sub vna specie panis totum Christum accipere: & ex hac sumptione consequi, vt qui non indignè accesserit, ingentem Dei gratiam ac eternam quoque vitam obtineat, qui verus, ac integer Sacramenti huius fructus existit: eoque fit efficacior, quò sepius sacra, & salutaris illa communio dignè iteratur.

Quid est Pœnitentia?

X Est secunda post naufragium tabula, & necessarium relapsis Sacramentum, in quo, remissio peccatorum & à reis petitur, & à Sacerdotibus tribuitur.

Quot sunt partes, & actiones pœnitentiæ?

B 5

Tres

Tres, Contritio, vel dolor animi peccata sua detestantis & ad vitam meliorem adspirantis; Confessio, seu peccatorum suorum, coram Sacerdote, facta explicatio, & satisfactio denique, seu vindicta, punitioque criminum de seipso sumpta, ad præstandos fructus dignos penitentiae.

Quid est extrema unctio?

Est Sacramentum, quo ægroti per oleum sacrum, & verba Christi in magnis morbi molestijs eleuantur, vt felicius ex hoc mundo demigrent, & corpora etiam, si ita expedit, sanitati restituantur.

Quid est Ordo?

Est Sacramentum, quo Sacerdotibus, alijsque ministris Ecclesie potestas confertur, ad Ecclesiastica munia ritè, decenterque obeunda.

Quid postremò est matrimonium?

Sacramentum, quo vir, & mulier legitimè contrahentes, indiuiduam vitæ societatem ineunt, gratiaque Diuina donantur, tum vt soboles honestè, & Christi

Christi
vt fo
catu

Q
Est
tio,
quam
Bapti
nibus
& à
est aut
temn
est, n

C A
De

H
to, &
Qui
de

Christiannè suscipiatur, ac educetur; tum
 ut fœde libidinis, & incontinentiæ pec-
 catum evitetur.

Est ne inter Sacramenta
 discrimen?

Q Est sanè; Baptismus enim, Confirma-
 tio, & Ordo, semel collata, nun-
 quam iterantur, sicuti cœtera. Item
 Baptismus necessariò suscipitur ab om-
 nibus; Eucharistia à ratione utentibus,
 & à relapsis Pœnitentiâ; Arbitrarium
 est autem uti reliquis; modò nullum con-
 temnâs, aut, cum illud sumendi tempus
 est, negligas.

CAPVT QVINTVM

De officijs iustitiæ Christianæ

Quot sunt officia iustitiæ
 Christianæ?

Hæc duo: Declina à malo siue pecca-
 to, & fac bonum, siue officium iustitiæ.
 Qui potest homo cauere peccatum,
 & bonum facere, seu præstare
 iustitiam?

B 6

Non

Non id per se quidem, CHRISTI gratia, ac spiritu instructus Christianus potest, ac debet, quantum huius quidem vite status admittit, iuste viuere, & legem implere.

Quotuplex est peccatum?

Duplex, originale, & actuale.

Quid est originale?

Quod ab ortu nobis congenitum, per Baptismum in Christo condonatur.

Quid est actuale?

Dictum, factum, vel concupitum; contra, vel præter legem Dei, aut Ecclesie.

Quotuplex est actuale?

Duplex: Mortale; sic dictum, quia mortem anime præsentem adfert: Anima enim, quæ peccauerit, ipsa morietur; & Veniale, ut cui venia facile tribuitur, & sine quo iusti quidem viuunt.

Quibus gradibus ad peccatum deducimur?

His tribus: suggestione, delectatione, consensu, seu deliberata voluntate peccandi.

Qui

Qui

E

mera

cato

nentib

lia pro

Qu

Qu

mum

malum

fruitio

pœnas

pitern

Qua

Ill

fontibi

cuntur

Q

Sept

Inuidi

Qu

si

peccat

Qui sunt supremi gradus peccantium?

Eorum, qui scientes, ac prudentes ex mera peccant malitia; qui etiam de peccato ipso gloriantur; & qui bene monentibus obstrepunt, ac salutaria consilia prorsus contemnuunt.

Quare peccatum fugiendum?

Quia Dominum Deum offendit, summum bonum eripit, & summum affert malum peccanti, dum diuinam tollit fruitionem nunquam recuperandam, & pœnas, ærumnasque homini accersit sempiternas.

Quæ dicuntur peccata capitalia?

Illæ, ex quibus veluti caputibus, & fontibus, omnia alia peccata proficiuntur.

Quot sunt peccata capitalia?

Septem: Superbia, Auiditia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Accidia.

Qua ratione vitari, & vinci hæc peccata possunt?

Si IESU Christi gratiæ cooperemur, peccatorum damna, & pericula consi-

deran-

Qui

derantes, & virtutes semper his peccatis contrarias exercentes .

Quæ virtutes peccatis capitalibus aduersantur?

Hæ septem : Humilitas , Largitas , Castitas , Benignitas , Temperantia , Patientia , Deuotio , seu sedula pietas .

Quæ peccata in Spiritum sanctum committi dicuntur?

Ea , quæ sua malitia sic diuinam excludunt gratiam , vt nequè in hoc seculo , nisi egrè admodum , neque in futuro remittantur .

Quot sunt peccata in Spiritum sanctum ?

Sex : Presumptio de misericordia Dei , vel de impunitate peccati : Desperatio ; Agnitæ veritatis impugnatio ; Fraternelæ charitatis inuidentia ; Obstinatio ; Impenitentia .

Quæ peccata in Cœlum clamare dicuntur?

Quæ per se vehementer abominanda sunt , & apertè humane charitatis iura violant , vnde vindictam clamare

per .

perhibentur, & horrendis sepè modis in hac vita diuinitus vendicantur.

Quot sunt peccata in Cœlum clamantia?

Hæc quatuor; Homicidium voluntarium, peccatum Sodomiticum, oppressio Pauperum, Viduarum, atque Pupillarum; demùm merces Operariorum defraudata.

Quæ peccata dicuntur aliena?

Ea, quæ ab alijs quidem committuntur, sed nobis interim auctoribus, vel quòquo modo adiutoribus, aut saltem non impediens, ut idcirco nobis etiam imputentur.

Quot modis aliena peccata nobis imputantur?

Novem his modis; Consilio, iussione, consensu, irritatione, laudatione, seu adulatione, retinentia culpe aliene, conniventia, vel indulgentia, rei aliene participatione, & prava facti alieni defensione.

Quæ dicuntur opera carnis?

Ea quæ homines, secundum carnem, videntur.

CATECHISMVS

viuentes, & à Dei filijs spiritualibus degenerantes; committere solent.

Quot sunt opera carnis?

Paulus ea recefet in hunc modum:

Manifesta sunt opera carnis, que sunt

Fornicatio, immunditia, impudicitia,

luxuria, idolorum seruitus, maleficia,

inimicitia, contentiones, emulationes,

ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia,

homicidia, ebrietatis, comestationes, &

his similia, que predico vobis, sicut pre-

dixi, quoniam qui talia agunt, regnum

Dei non consequentur.

Estne satis Christiano, malum fuge

re, & à peccato declinare?

Nequaquam; sed preterea bonum

agere, & virtutes exercere necesse est.

Alioquin scienti bonum, & non facien-

ti peccatum est illi.

Quid boni faciendū est Christiano?

In genere quidem quidquid boni lex

naturalis, diuina, vel humana precipit,

vel ostendit. In specie verò pro sua

quisque vocatione prestare officium, &

accepte Dei gratie cooperari, cum gratia

itaque

piritualibus
olent.
nis?
uc modum:
que sunt
pudicitia,
maleficia,
mulationes,
e, inuidia,
ationes, &
s, sicut præ
nt, regnum
lum fuge
nare?
ea bonum
neesse est
non facien

iarum actione debet. Omnis enim ar
ior, que non facit fructum bonum exci
letur, & in ignem mittetur.

Quæ sunt præcipua bonorum
operum genera?

Ea, quibus sobriè, iustè, pièque viui
tur in hoc sæculo, & per quæ itidem iusti
magis magnisque iustificantur, & San
cti in dies sanctificantur.

Quotuplicia sunt hæc bonorum
operum genera?

Triplicia: vt pote Ieiunium, Eleemo
syna, seu misericordia, & Oratio; de
quibus ita legimus: Bona est oratio cum
ieiunio, & eleemosyna.

Quis est fructus bonorum operum?
Habent ea promissionem, ac mercedè
vitiis, ac æternæ vitæ: Deum placant,
vitiis conseruant, & augent. Deni
que Christiani hominis vocationem cer
tam faciunt, atque consumant.

Quid est ieiunium?

Est certis diebus, iuxta morem, &
preceptum Ecclesie, carnibus abstinere,
& saltem vnica cibi refectione in die.

contentum viuere frugalius. Sed si
neratim hoc nomen accipias, Ieiunium
est corporis quedam castigatio pie
scepta, vt vel caro spiritui subiciatur
vel obedientia exerceatur, vel Dei gra-
tia impetretur.

Quid est Oratio?

Rest mentis in Deum eleuatio, per
quam, vel mala deprecamur, vel bona
nobis, alijsque petimus, vel Deo bene-
dicimus.

Quid est eleemosyna?

Rest beneficium quo alterius miseriam
ex commiserationis affectu, subueni-
mus.

Quotuplex genus est eleemosynae
seu misericordiae?

Duplex: alia quippe sunt opera
misericordiae corporalia; alia vero sp-
tualia, quoniam, vel ad corporalem,
ad spiritualem miseriam proximi sub-
uandam spectant.

Quot sunt opera misericordiae?

Rest corporalia.

Septem: esurientes pascere, pot-

SMVS

lius. Sed si
ias, Ieiunium
stigatio pie
tui subiectio
r, vel Dei g

tio?

elevatio, p
mur, vel bo
vel Deo bene

osyna?

erius miseria
ctu, subue

eleemosyna
lia?

sunt opera
alia verò sp
corporalem,
proximi sub

sericordiae?

iscere, pot

Qu
O

ipse

but

sol

lit

nij

De

vo

pro

reg

Qu

tan

lut

que

Quot sunt Euangelicę beatitudines?
Octo, quas ita Christus in mon-
te tradidit.

1 Beati pauperes spiritu, quoniam
ipsorum est regnum cęlorum.

2 Beati mites, quoniam ipsi posside-
bunt terram.

3 Beati qui lugent, quoniam ipsi con-
solabuntur.

4 Beati qui esuriunt, & sitiunt ius-
titiam, quoniam ipsi saturabuntur.

5 Beati misericordes, quoniam ipsi
misericordiam consequentur.

6 Beati mundo corde, quoniam ipse
Deum videbunt.

7 Beati pacifici, quoniam filij Dei
vocabuntur.

8 Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam, quoniam ipsorum est
regnum cęlorum.

Quę dicuntur Euangelica confilia?

Videlicet, quę per Euangelium non
tanquam ad salutem necessaria, sed ve-
luti suscipientibus magis expedita at-
que utilia à Christo non precipiente
quidem,

CATHOLICVS.

quidem, sed consulente proponuntur.

Quod sunt Euangelica consilia?

Principalia tria sunt, nimirum pau-
peritas voluntaria; Castitas perpetua;
& obedientia integra, quae propter De-
um homini religiose exhibetur.

Quae hominis nouissima dicuntur?

Ecce, quae homini ad extremum acci-
dunt, vt mors, Iudicium, Infernus,
& Coelestis gloria; de quibus ita docet
Sapiens: In omnibus operibus tuis me-
morare nouissima tua, & in aeternum
non peccabis;


FINIS

x/1621

S.
ponuntur.
consilia
suum pau-
perpetuas
propter De-
u.
dicuntur?
etiam acci-
Infernis,
us ita docet
his tuis me-
m. eternum.

S





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

I

k

27



T.I. 1. 25

